

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Ad Duas Orationes De Typographia Die V. Septembris,
Hora A Meridie Secunda In Schola Jeverana Publice
Habendas ...**

Eilers, Wessel

Auricæ, MDCCXL.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-704340](#)


AD
DUAS
ORATIONES
DE
TYPOGRAPHIA
DIE V. SEPTEMBRIS,
HORA A MERIDIE SECUNDA
IN SCHOLA JEVERANA
PUBLICICE HABENDAS
DECENTER INVITAT
WESSELIUS EILERS
SCHOLÆ RECTOR.

A U R I C Æ,
TYPIS HERMANNI TAPPERI, PRINC. FRIES. ORIENT.
TYPOGR. AULIC.
A. O. R. clo 1000XL.


N^o 22



Karte #13



B.I.G.





Annum hunc quadragesimum, quo tribus ante sacerulis typographiam Germani perhibentur invenisse, atque inde ejus natalem dum quam plurimis patriæ locis celebrari legimus: hominum contraria iudicia, *Lector Benevole*, id factum comitari, quotidie mecum percipis.

Sunt enim, qui laudant; sunt, qui meliores hoc vituperandi rationes habere sibi videntur.

Idem ergo, in re eadem, ab iisdemque istorum inclinationibus, & nobis contingere, qui nec in Schola Jeverana laudem eius, gratiasque hinc Deo debitas, silentio præterimus, non est, quod dubitetur.

Alii enim: Satis clamoris, in quietiunt, hodie in multis tam superioris quam inferioris Germaniae civitatibus, nec minus in templis, diviniori tamen rei vnicce sacratis, quam in Scholis & Academiis, de ista auditum est, neque id sine tædio melius iudicantium.

Quærunt porro, quando inmoderatarum laudum finis tandem sit futurus? Sibique statim respondent: Vix prius, quam hic annus circumactus sit, & timendum plane, ne hac re otia doctorum adhuc proxime sequenti pluribusque subsequuturis occupentur.

Tanta sane, sic pergunt, eius inventionis utilitas non est, quanta plerumque evehitur; estque optandum, ut libri typis, vel omnino nulli, vel, cum id exspectare non sit integrum, multo, quam nunc fit, rariores exprimantur.

A 2

Et



Et ad Jeveranos, addent, quibus Typographia non existit, quid ea attinget sigillatim laudanda? Quid eiusmodi orationibus componendis & recitandis scholastici defatigantur? Estne melior, qua illi se exerceant, suosque monstrent litterarum protectus, quam haec materia, doctioribus longo abhinc tempore severiusque castigata?

Numne vero miraris, L. B. quod tantâ homines confidentiâ artis innocentiae, utilitati & honori, nunquam sane corrupturis, tantum detrahant; ea autem isti tribuant, quæ unice & merito ad mortalium superbiæ, voluptatis & lucri fœditatem essent referenda?

Hæc enim vitia ex illa, pessime adhibita, tanquam e lactis pleniori mamma, largiter nutriri, improbitas persentiscit; cui Typographia auri & honoris fodina creditur, unde elatius vivere liceat.

An autem ars, quæ malis male usurpat, hæc sola est? Anne plures aliae? Numne & summa Numinis dona, quæ infinita eius bonitas in salutem dedit, in ambitionis, avaritiae & aliarum pravarum cupiditatum instrumenta convertuntur? Ergo hinc non laudanda? an contempnenda sunt? Ecquis, propter innumerum annonæ abusum, agri desiderat sterilitatem? quis veritatis cælestis amans, rarissimam concionis sacræ copiam optabit, hanc scilicet ob causam, quia hominum plurimi, terrenis nimium affixi, eam vel non audiunt, vel negligunt, vel pro ludibrio habent? Nemo, mente sanus, ob multiplices mali causidici fraudes castitati iuris, aut ob impudentem empirici inscitiam nobilissimæ sanandi arti vel minimum derogabit. Ineptissimum recte eum nuncupamus, qui intolerabili pseudophilosophorum arrogantia & effrenatis phantasias ita offenditur, ut ipsam huius sapientiae bonitatem vel dubiam faciat, vel omnino neget. Etenim non cum æterna rerum veritate, sed cum hominum vitiis, male hanc administrantibus, disputari, quotquot prudentes sunt, confitentur.

Numne itaque eodem fundamento istæ de typographia querelæ mente ægris propriæ sunt? Num ne ab iis tantum emittuntur, quos sive ini-
quissi-



quissimus optimæ artis ab vius, sive immoderata hodiernoque tempore
frequentior, quam vulgo cretur, res & personas carpendi libido detinet?

Deinde largiter concedimus, Typographiam Jeveranis non existere;
existit tamen alibi in nostram quoque felicitatem, quæ, vt in plura; ita
in scholam uberrimè redundat, tanta profecto, vt res tractandæ omnem
nunc difficultatem, hac inventa, superaverint. Ea igitur, quæ in Dei
honorem, a nobis etiam, qui hoc obligationis vinculo duci volumus,
publicè prædicetur, dignissima est.

Libri tamen, inquis, in adolescentium manus veniunt pessimi, quorum
non essent participes, nec eos legerent, si non esset typographia. Sed
vellem hæc conditio, ad veritatem, hoc modo corrigeretur: Si librorum
auctoribus, quibusve aliquod in re libraria negotium est, litandi suis &
aliorum geniis tanta non esset licentia.

Hanc tecum multi vehementer dolent; & ego viginti quatuor annis,
quibus iuventutem scholasticam cum collegijs, privatim vero & solus de-
cem, per Dei gratiam, moderatus sum, manibus iuniorum eos libros
eripui, quos ceteroquin me peiores videre non memini.

Inde fœdissimas in primi phantasæ imagines & libidines appetitui, non
miramur; quæ mentis denique facultates corporisque membra in ignomi-
niosissimam servitutem, nisi divina gratia rite adhibeat, rapiunt.

Atque hoc periculum eo magis eoque sæpius & gravius in lectionibus
paræneticis vrgendum præceptorí est; quo id peccatum suavius & volup-
tuosæ iuventutis naturæ convenientius; quid? quod pluribus, licet in-
eptis, excusatum ratiunculis deprehenditur.

Vt enim reliquas taceam, sibi videtur multo elegantius vitam degere
stilumque emendare adolescentulus, si tempus, vel sacris rebus & scholæ
dicatum, nedum aliud, ludicris & lascivis lectionibus conterere possit.
His enimvero omnis divini cultus amor & religionis iusta existimatio
exulat,

A 2



exulat, omne litterarum studium parvi penditur, eoque tandem profligatur odio, ut, teneram hanc ætatem iocis & lusu, lascivia & scurrilitate disfluere, doleamus.

Huic ergo, L. B. quo loco iudicas præceptorem haberi? mihi experto crede, si aliquo, certe misero. Qui enim ea lectionis turpitudine iisque pravis omnino immersus est cupiditatibus; is nihil institutionis, nihil rationum, nihil disciplinæ prudentis admittit, sed calcem præceptoris mavult quam frontem. Utque eo citius abire, parentibus iubeatur, apud hos illum plaustris mendaciorum turpe non existimat onerare. Quibus factis obiectoque honestatis freno, ista grati saporis scelera in ipsam sapientiae & virtutis sedem inducuntur. Vbi tanta vi & copia emitti percipimus, ut corpori & nummis, nedum conscientiae & litteris, nil sani relinquatur, &, more Phrygum, sero Parentes sapiant.

Hæc longa malorum series provenit e typographia, non quidem per se, sed male & intempestive adhibita, lectisque impune libris, qui sua rerum ac imaginum pravitate mentes corrumpunt. Alios enim huius minoriae fontes, educationis scilicet domesticæ iniquitatem, vsum cum deperditis & consuetudinem, quibus nihil tenacius iuveni offenditur, in morali doctrina evolvendos, nunc prætereo.

Quod si vero bonos libros, qui veræ hominum felicitatis fundamenta sive directe sive indirecte exponunt, & quorum in finem laudata ars inventa & propagata est, litterarum studiosa iuventus eligeret: Quid hoc illarum auxilio melius?

Non ergo est, quod quis nobis materiae huius levitatem obiciat. Cum enim eo nomine olim viros, doctrina clarissimos, incredibili hanc artem industria colere non puduerit: quid Scholasticos de ea sermones habere avocabit?

Præ-



Præterea, de omni re docta, modo a schola eiusque viribus aliena non sit, declamationes instituere, publica nobis auctoritate licitum est.

Neque tandem in speciminibus scholasticis Macenatum ac Patronorum sapientiam magis ad materiæ raritatem & præstantiam, quam ad eloquutionis solutæ & ligatæ modum, respicere putemus. Vir enim prudens sequentem in modum existimare censendus est: Qui primum adolescentis de quacumque re sibi obiecta & facili convenienter potest loqui & scribere, is deinde altiora edocitus sine vlla difficultate hæc declarabit. Militiam nobiliores pueri armis puerilibus discunt, ut, robustiores facti, eius usum gravioribus exhibeant. Hisque rationibus commoti, materiam & facilem & tempori inservientem, vt semper, ita & nunc elegimus. Atque ita nos, aliter de instituto nostro iudicaturis, aliquo modo respondisse, arbitramur; vilipendia ergo typographiæ simul remittimus.

Alii restant, qui limis quidem oculis multiplicem eius abusum, iuste vero directis ineffabile commodum intuentes, nurquam satis eam eruditis laudari, & hoc tempore adolescentibus prædicandam recte iniungi, existimant.

Hisque eius utilitas civitati, litteris, præcipue vero rei christianæ, longe felicius tum extra tum intra ecclesiæ limites provehendæ, amplissima consideratur. De qua, vt & de eminentiori, quod non nulli fингunt, damno, pluribus edifferere, meum non erit.

Exercitatione enim, si DEUS voluerit, die & hora iam indicatis, producenda, DUO ingenii excitatoris, nec mediocris industria, ideoque spei insignioris Schola alumni se ita sistent, vt utrique parti satisfaciant, cum nihil fere eorum, quæ in hac aut illa momentum trahunt, ab iis relinquatur.

Primus enim AIOLDVS HENRICVS CANOLD, Eseno-Harlingen-sis,



sis, omnia, quæ poterit, in Typographiæ damna & contemptum confere^t
Carmine Germanico, quo etiam disciplinæ scholasticæ valedicet.

Alter vero, primus quidem ordine scholastico, in eo tamen diutius permanens, HARO JOACHIMVS FRIDERICVS ABT, *Dornumano-Frisus*, primo confutato, Typographiæ singularem in civitate, ecclesia & litteris vsum demonstrabit, &, quem inde fructum schola capiat, pro actus præsentis officio gratitudinis defendendo adiicit; deinde CLEMENTISSIMÆ SERENITATIS PRÆSENTIAE, quam submisse precamur, iustum non intermittet devotionem, vt primus, exhibere; denique auctoribus Patronis & fautoribus, qui avidissime invitantur, se geret observantissimum. Id omne fiet Carmine latino heroico.





E sane fugit, quid sibi Bouhoursius, (a) quid Boilavius (b) velit, qui omnem ingenii gloriam Gallis, dein Hispanis ac Italos adsignant, & quidquid excellens, illustre atque limatum audit, a Germanis removent. Nec mihi constat, quare iidem antiquum illud fortitudinis encomium tribuere Germanis nolint, sed praeter omne meritum vigorem Martium partamque, maiorum virtute ac industria, dignitatem illis derogent, immo inter pavidos & languine carentes reponant. Cum quibus Sylvius (c) fecit, qui Germanos terrore plenos & leporino corde praeditos vocavit.

Vt inam huiusmodi viri, qui absque causa hos laudant, illos culpant, non adeo temerario fordere, nec prudenter, quod absque fundamento esse verum am vidia ducti confignatur, ac virtute comparans Germanis, & Gallis integris nationibus,

Dum autem de immo saepe Galli cuius animus est, haud quaerit, vel Saxonia, vel dederunt heroës, sed percurrent paucis diebus & adhuc esse principes, pugnarunt, sed etiam condecorare non dubit.

(a) *Recte Tenzelius mense Februaris quae ipse addidit, sciamata Io. Fridericus Vindelicus nominatus, Sat. IX. Pag. 63.*

(b) *Nolo in praesens propter placet tamen quosdam quis Melanchthonius, Caquis Hessi, Sabini, F. congrema protulisse. Ut Morbofius quidem labo in Germania, nec ne?*

(c) *Quis est, qui nesciat, C. Guilielmus, principes eius Augustum, principes eius Emanuelum, Principes eiusdem plerosque filio Georg. Guilielmum, massem, Ioannem Adolphum, Maxim. Emanuelum, G. duces Virtembergicos, C. principem Badensem, G. iure heroibus adnumerantur.*

(d) *Non excurro ad principum Anhaltinorum maiores intrepidos, sed de principib[us] mihi sermo est, quorum ortus, uti par est, ab Henrico I, ducis ac principis electoris Saxonum, Bernardi filio, censu alio tempore dixi, derivatur. Id quod Henrico Bassus debeo, qui Princ. Anhalt. Paneg. C. VII. & VIII. Henricum, primum Herciniae principem in Anhalt, pasim nominavit,*

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Cyan

Green

Blue

Farbkarte #13

Centimetres

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

inches

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

edungen de Bouhoursio, dialogus scriptoribus compilasse, redialogorum quartum & alio-Bened. Carpzovium scripta, Gallos appellat, confutavit.

absque negotio facere possem: e Gallis non cedunt. Quischneri, Schurzfleischii, quisnegare nequit, me veritati litterariam exponeret, quem derent Galli, an eruditissint

Albertum III. & Fridericos II. Io. Georgium III. & Frid. Maximilianum & Maxim. lielium, Ern. Augustum ac sicum, principem Saxonum, tertum, ducem Brunsvicensis, Eberard. Ludovicum, Guilielnum, Car. Rodolphum, Tellanos, Ludov. Guilielnum, ergenses multoque plures esse iure heroibus adnumerantur. ornamenti admodum conspicuos.

Non excurro ad principum Anhaltinorum maiores intrepidos, sed de principib[us] mihi sermo est, quorum ortus, uti par est, ab Henrico I, ducis ac principis electoris Saxonum, Bernardi filio, censu alio tempore dixi, derivatur. Id quod Henrico Bassus debeo, qui Princ. Anhalt. Paneg. C. VII. & VIII. Henricum, primum Herciniae principem in Anhalt, pasim nominavit,

